

<p>Aut enim in perspicientia veri sollertiaque versatur aut in hominum societate tuenda tribuendoque suum cuique et rerum contractarum fide aut in animi excelsi atque invicti magnitudine ac robore aut in omnium,</p> <p>quae fiunt quaeque dicuntur,</p> <p>ordine et modo,</p> <p>in quo inest modestia et temperantia.</p>	<p>perspicientia, perspicientiae, f.: die gründliche Erkenntnis</p> <p>sollertia, sollertiae, f.: die Geschicklichkeit</p> <p>tribuendo suum cuique: diese Gerundivkonstruktion können Sie mit einem Modalsatz übersetzen: oder indem... Übersetzung des Gerundivs</p> <p>res contractae, rerum contractarum, f.: die Verträge</p> <p>modestia, modestiae, f.: die Mäßigung</p> <p>temperantia, temperantiae, f.: die Selbstbeherrschung</p>
<p>Quae quattuor quamquam inter se colligata atque implicata sunt,</p> <p>tamen ex singulis certa officiorum genera nascuntur,</p> <p>velut ex ea parte,</p> <p>quae prima discripta est,</p> <p>in qua sapientiam et prudentiam ponimus,</p> <p>inest indagatio atque inventio veri, eiusque virtutis hoc munus est proprium.</p>	<p>Quae ... quamquam: Relativischer Satzanschluss beim Adverbialsatz</p> <p>colligare: verbinden</p> <p>implicare: verwickeln, verschlingen</p> <p>nasci: entstehen, geboren werden. Hier passt nur 'entstehen'.</p> <p>velut: wie zum Beispiel. (Der mit "velut" eingeleitete Satzteil greift eine der Tugenden als Beispiel heraus.)</p> <p>ex ea parte: in diesem Teil</p> <p>indagatio: das Erforschen</p> <p>Mit "hoc munus" ist die Erforschung der Wahrheit gemeint.</p>